

ditur sanè Romana hæc dispositio ex aliis ejusdem juris sanctioni-
bus difficilis satis. Decisum eqvidem in *l. 83. §. 5. π. de V. O. & §. 2. Inst. de inut. stip.* liberi hominis non esse commercium & proinde nec venditionem. Decisum ulterius, neminem seipsum conventionem privatam aut professionem in servitutem detrudere posse *l. 37. π. l. 10. 22. & 39. C. de caus. lib. cum nemo Dominus membrorum suorum censeatur l. 13. π. ad L. Aquil.* Et vera utiq; hæc sententia, si juxta principia juris nostri ordinaria natura emtionis dimerienda: in præsentem autem negotio civili ad extraordinaria just. principia, ab externâ ratione petita, recurrendum. Romani scil. audaciam malitiam & calliditatem hominum libertatem ceu rem inæstimabilem *l. 106. π. de R. J. nummario pretio, & fortè interdum satis levideasi postponentium coërcere hæc ratione allaborarunt, servos faciendo, qui servitutis jugum sine necessitate spontaneo motu callidè ac subdolè desiderabant; per iadirectum ut obtinerent, quod directam facti prohibitionem adipisci ipsis haud licuit. Ant. Fab. 1. Jurispr. 3. pr. 2 ill. 1. & pr. 3. ill. 3. Hillig. Donell. enucl. lib. 2. c. 9. lit. 9. Zæf. comm. ad Dig. de Stat. hom. n. 4.* Et ideò nec improbo istiusmodi homini quicquam proderat allegatio libertatis ex post facto subsequens, cum propriam, quam in decipiendo emtore initio adhibuit, turpitudinem allegare videbatur, nec perfectio negotio proclamandi licentia ad pristinam libertatem competebar, nisi fortè pretium eò nomine acceptum restituerit. *l. 1. §. pen & l. 2. π. quib. ad libert. provoc. non lic.* Per interpretationem tandem legalis hæc dispositio ad eos quoq; liberos homines, qui se donari in ve dotem dari, vel pignori supponi passi, extensa *l. 23. §. 1. π. de lib. caus. l. 6. C. eod. Franzk. comm. ad Dig. de Stat. hom. n. 21.*

XVI. Ut autem rigori prædictæ sanctionis locus sit, necesse omninò, ut is, qui venditari se patitur, major sit 20. annis i. e. attigerit annum 21. Deinde ut conscius suæ conditionis emtori hujus ignaro vendatur: à sciente quippe emto non denegatur jus proclamandi ad pristinam libertatem, *l. 7. §. 3. & l. 33. π. de lib. caus. l. 4. π. quib. ad lib. procl. non lic.* Tandem & id requiritur, ut pretii participandi causa se venditari passus fuerit, idq; revera participaverit. *b. §. in verb. ad pretium participandum.* Poteruntne autem parentes filiosfam. dicto modo venditos vindicare aut officio judicis re-

cis re-